



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.II. Ser. Electoris Saxonixæ Intentio super Notis Instrumenti Pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1648.
Febr.

N. II.

1648.
Febr.

*Serenissimi Electoris Saxonie Intentio super Notis Instrumento Pacis appositis, ad
Cæsaream Majestatem perscripta.*

Artic. 1. Ponatur Titulus: Semper Augustus.

Artic. 2. An apponenda verba: ab amico in amicum, indifferens.

Art. 11. Loco verborum: Cum Suecia Galliaque, an apponenda majoris extensionis gratia, verba: federatorum utrinque contractorum, parum refert. Si vero Exterarum Coronarum Legati scrupulum in omissione nominum suorum ponere vellent, utrumque poni potest.

*Art. 18. Causa Palatina singulariter pertracta maneat, ut salvetur cui-
libet Statuum Jus suum, Processus, Litispendentiæ &c. æquum est, ut ta-
men id intelligatur de Bonis Secularibus non Ecclesiasticis, quæ vigore præ-
sentis Tractatus in manibus Augustanæ Confessionis addictorum usque ad
compositionem Religionis amicabilem permanere debeant.*

§. Palatinus Comes Solisbacensis &c. maneat.

§. Controversia &c. vers. Ad hæc omnia Jura &c. omittatur.

*§. Domus Wurtembergica &c. post verbum: Oberkirch ic. addatur: Salvis &c. Closter St. Georgen excipiatur: E contra Imperator reluat Hei-
denheim, & omittatur ille versiculus de Heidenheim &c.*

§. Dux de Croy &c. omittatur versic. Maneat dictum dominium &c.

*§. Comitibus Sarapontanis &c. maneat usque ad versic: Nominatim ea &c. quia
lis inter Comites & Lotharingum pendet, cui derogari nequit.*

§. Domus Hanovica &c. omittatur; quia jam restituta dicitur. Item

*§. Restituatur Domus Hobensolms: quia mediante Comite Henrico Lu-
dovico Nassavio transacta, Transactio Juramento firmata, à Cæsare con-
firmata.*

§. Comitibus de Isenburg, omittatur iisdem de causis.

§. Rheingravii &c. omittatur ob processum pendentem.

*§. Domus Sayn & Wittgenstein &c. sunt Causæ merè Politicæ, in quibus
nemini jus suum auferri potest, ratione filiorum ultimi defuncti Comitis,
Serenissimus Elector apud Cæsarem intercessit.*

§. Domus Falckenstein &c. omittatur.

*§. Domus Waldeck &c. reservetur Electori Colonienfi jus suum; ut & ra-
tione Comitatus Pirmont.*

§. Domus Hobenloica addatur: Salvo Jure tertii.

*§. Vidua & heredes à Brandenstein &c. aut omittatur, aut corrigatur
juxta formulam antehac exhibitam.*

*§. Contractus &c. aut omittatur aut ita ponatur, ne lites multiplicentur
& salvum maneat cuique Jus suum.*

1648.
Febr.§. *Debita* &c. similiter.§. *Sententie* &c. omittantur verba: *prout contigisse dicitur* &c.§. *Qui verò Subditi* &c. & §. *De cetero in Bohemia* &c. addantur verba: *Sine mora jus administrretur.*1648.
Febr.

ARTIC. V.

§. *Transactio* &c. post verbum: *Unanimi*, addatur: *Imperatoris, Electorum* &c.§. *A quo* &c. §. *Cassatis* &c. repetatur Clausula Salvatoria supra posita, & speciatim Præpositura Neuhauß, Monasterium St. Georgii in Nigra Sylva, Christgarten, excipiantur.§. *Civitates Augusta* &c. omittatur versic. *ratione Dignitatum*: quia ex Actis patet, aliquos Augustanæ Confessionis addictos, Anno 1624. in Senatu & aliis officiis in illa Urbe fuisse.§. *Quoad Civitatem Donawerdam* &c. addatur: *Salvis Juribus.*§. *Bona Ecclesiastica* &c. omittatur verbum: *perpetuo* &c. hic & alibi locorum, & assumantur verba ex Pacificatione Religiosa formalia: §. *Die weil aber etliche Stände* &c. ubi nominatim de Bonis Ecclesiasticis translatis agitur & ponantur verba: *eadem omnia & singula, prout ea 1. Jan. 1624. possederunt, ad conservationem stabilis & perpetuæ Pacis iidem possideant.*§. *Si igitur Catholici* &c. ponatur: *in Archi-Episcopum, Episcopum* &c.§. *Ubi Cesarea Majestas*, versic. *Si quid Annatarum* &c. quod in Catholicorum Statuum potestate non est, ab iis non poterat exigi. Id quod Legati Gallici, 1. May 1646. Evangelicos monuisse & dehortatos esse dicuntur: Ita Evangelici de alio remedio cogitent, & ne Annatas solvere cogantur sibi prospiciant; de Precibus Primariis jam ante actum: de Mensibus Papalibus ratione Archi- & Episcopatum, qui hac Conventione Seculares facti non sunt, amicè conveniatur, sed Pacis Conclusio non differatur.De Autonomia subditorum in Imperio sub Statibus Evangelicis degentium, amicè conveniatur, cursus tamen armorum militarium ea propter non prolongetur. Ibidem: *Bona Ecclesiastica extra Territorium & jus Superioritatis* sita regulariter exempta maneant: vel de iis absque armorum strepitu conveniatur.§. *Unum solumque* &c. maneat.§. *Omnia quoque* &c. post verbis: *primitus dicata sunt* &c. addatur: *imposterum.*§. *Quoad oppignorationes* &c. mere politicum, ad Comitia Imperii rejiciendum.§. *Libera & Immediata Nobilitas* &c. omittantur verba: *vigore Pacis Religiose*, nam interest parum, an vigore illius, an vi hujus Conventionis Exercitium Augustanæ Confessionis habeat Nobilitas: utrique & enim idem terminus, usque dum Religio amicè componatur, positus est.§. *Liberæ Imperii Civitates* &c. ad afferendam, quæ inter Status Imperii ab immemoriali tempore fuit, præeminentiam, omittantur vel transmutentur potius

1648.
Febr.

tius illa verba: *Omnino & æquales*, cum hisce usque adeo æquales habeantur, ut, quæ de istis generaliter disposita sunt, de his quoque dicta & intelligenda sint: Ratio in Pacificatione Religiosa clarè & expressim disponitur, quo in statu Civitates se contineri debeant, quod de superioribus Statibus non legitur: Ut ergo maneat sua Religiosæ Pacificationis dispositio, & tamen Civitates retineant, quæ hac Conventione in eorum commodum tractata sunt, non videtur rejiciendum illud temperamentum in verbis: *usque adeo æquales*.

1648.
Febr.

§. *Sive autem Catholici &c.* Super omissione verborum: *Mercatorum, Opificum &c.* convenient Catholici cum Civitatibus Imperii absque Armorum mixtura.

§. *Illi denique Statuum Subditi &c.* Augustanæ Confessioni addictis, ex hereditate, vel alio legitimo titulo bona stabilia sub Catholicorum Dominiis acquirentibus, faciles se ad vendendum ejusmodi bona, & æquanimes præbebunt status Politici & terminum illis commodum permittent.

§. *Silesii etiam Principes &c.* iterum de his Elector ad Cæsarem intercessit Resolutionem mitiorem expectans.

§. *Jus Diœcesanum &c.* maneat in verbis Pacis Religiosæ.

§. *Visum &c.* rejiciatur ad Comitiam.

ARTIC. VI.

De Calvinistis conveniatur.

ARTIC. VII.

§. *Ut aut provisum &c.* post verba: *Omnium Statuum &c.* addatur: *præcipue eorum, quorum interest.*

§. *Habeantur autem Comitiam &c.* suppleatur: *Sex Menses*, versic. *In proximis &c.* verbo: *Defectus*, apponatur: *Si qui sunt.*

§. *Tam in Universalibus &c.* maneat.

§. *Postarum &c.* §. *Civitas Erfurth &c.* omitantur ut superflui.

§. *De indaganda aliqua ratione &c.* maneat.

ARTIC. VIII.

Post verbum: *inveſta*, addatur: *& adaucta.*

ARTIC. IX.

Castetur Processus, Retinent etenim Sueci ipsum Dominium *Wilschhausen*.

ARTIC. X.

Egesti &c. reservetur Electori Saxonie jus directi Domini.

ARTIC. XI.

Capitulares Osnabrugici & Argentoratenses ultra observantiam antiquam non graventur.

ART.

1648.
Febr.

ARTIC. XII.

1648.
Febr.

Apud Cæsaream Majestatem intercedit Elector, ut hic *svus* vel omittatur vel amica Transactioni reservetur. Tum quod modernus Administrator Mens. Octobr. demum Anno 1638. ad regimen Archi-Episcopatus pervenerit, ejectis antea hostis præfidiis & armis: Et quia Banerio irrumpente Mense Decembris coactus sit, Archi-Episcopatum relinquere, ejusdem reditibus post aliquot annos carere, & aliis in locis sustentare: Quo vero temporis iterum Halam pervenire concessum est, reditus nimio opere allisos inveniit, de quibus tamen antiqui Administratoris conjugii, eos, quos Monasterium *Zinne* præstat, omnes & singulos permisit ad mortem usque collectos.

Vigore Instrumenti Pacis utraque Civitas New-Magdeburgum & Sundenburg readificare prohibeatur, quo ipso magnam rei jacturam Administrator sentire cogitur: ita æquum non judicabit Imperator, ut summa 12000. Thalerorum Pace Pragensi destinatorum ab Anno 1635. plenariè exsolvantur: potius ut causa uti capta sic amicè transigatur.

ARTIC. XIII.

Vel ex æquo & bono Marpurgensis Controversia inter partes leponatur, vel dispositio Instrumenti maneat.

Vers. *Pendantur dictæ &c.* maneat, usque ad verba: *teneatque sibi obnoxium: Quorum loco substituatur: teneatque duo aut tria loca mediocri Præfidio firmata, donec &c.* omittatur vers: *similiter, quamprimum &c.* usque ad *svum Præterea.*

Articulus Assurationis & Executionis novo modo additis rationibus placet.

Iterum hic sub finem repetitur, quod supra de salvatione processuum litispendentiarum, ne Conventioni de restituendis bonis Ecclesiasticis derogent, annotatum est.

§. XLV.

Der Catholischen Stände Erklärung, wegen manutention des sen, so in puncto Amnestie & Gravaminum verglichen würde.

Dienstags, den 15. Febr. fanden sich die Chur-Maynische Abgesandten, der Canzlar Reigersberger, Licent. Mehl und Doct. Krebs bey den Altenburgischen ein, und proponirte Reigersberger: „Die Altenburgischen hätten verwichenen Sonnabends von ihnen, den Chur-Maynischen, zu wissen begehret, was der Catholischen Stände Meynung sey, wegen Manutenez desjenigen, dessen man sich in puncto Amnestie und Gravaminum vergleichen würde: darauf sie die sämtlichen zu Osnabrück anwesende Catholische zu sich erfordert, ihnen solches Anbringen eröffnet, die differente Punkten, so jene ihnen zugestellet hätten, communiciret, und daß die Augspurgische Confessions-Berwandte wissen wollten, wie

man sich wegen der Manutenez zu verhalten, vorgetragen; Dieselben hätten sich samt und sonders ohnellnterscheid und vornemlich diejenigen, so der Conferenz am 29. Januar. beygewohnt, in Erinnerung, weil jedweder wegen seines Principalen die Tractaten antrete, und nicht collegialiter erscheine, dahin erkläret, daß sie nemlich alles, was zwischen den Kayserlichen und Königlich-Schwedischen, wie auch denen der Augspurgischen Confession und Catholischen samt und sonders dergestalt verglichen werde, nicht allein versprechen, und im Rahmen ihrer Principalen genehm halten, sondern auch künftiger Zeit wieder diejenigen, so dawieder leben und contradiciren würden, kräftiglich manutentiren wollten. Und weil solches allbe-

reit